Super prudentiam vestram super eo
quod vobis scribere placuit nos in
pluribus accusantes quod alterum
istorum deberemus eligere vel
satisfacere de offensis vel ad ea que
fuerint proposita florentino populo
respondere. unde cum hec non videatur
honesta petitio nec in se continens e-
quitatem significamus vobis quod
cum sentiamus nos esse penitus
inculpabiles nec simus alligati
nisi amicabili societate nexibus
alicuius non decet nec expedit
satisfacere tamen recusare non
possumus ad ea que fuerunt pro-
posita iuvante domino respondere.
Igitur succumbat invidia domi-
nante prudentia que descendens
in quemque per gratiam nemi-
nem ledit et patiens et benigna
non patitur iniustitiam.

Auditis id viribus litterarum
quarum potestas et verba non
discrepant intellectis moti sunt